Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift

53

tas eet inmisitas· fufficiens superne pietatis pluuia des
cendit· que sitientem largius terram madefaciens
irrigauit· quod meritis beati martiris Stephani·
nullus ambigit periclitanti populo fuisse conces
sum; Hanc reuelacionem lucianus presbiter gre
co sermone ad omnium ecclesiarum personas descrip
sit; Quam auitus presbiter homo hispanus in latinum
uertit & per orosium presbiterum occidentalibus de
dit; Qui & iam reliquias beati stephani primus
occidenti detulit· ubi ad memoriam sancti martiris·
innumera miracula facta sunt· de quibus plurima
beatus augustinus in libris de ciuitate dei commemo
rat· Apud constantinopolim etiam sancti hermelli
martiris agitur dies:· IN NATALE SANCTE AGNETIS VIRG. XII KL.

GLORIOSE XPI AGNE VIRGINIS DILE
ctissimi hodie sollemnia colimus· que tercio de
cimo etatis sue anno· mundi gloriam et tempsit· et
aeternam inuenit· quia xpm magis quam seculum
dilexit· Pulchra facie sed pulchrior fide· Que
... urbis filio nomine simpbronio adamata e.
prefecti